

ASSES ROM. eiusq̄ partes. Et primò.

Asses Magni. ex ære.

In una parte.

1. Janus geminus, ceu bifrons, imprimitur, Orientem, Occidentemq̄ uersus oculos diuertens. sine literis.

In altera.

Mercurius ad dextram partem respiciens, petasatus, depingitur. ad cuius ceruicem quid falci simile cernitur. absq̄ charactere ullo. Assem hunc librile uidi Romæ apud D. Antonium Augustinum, eumq̄ æneum.

In una parte.

2. Apollo effigiatur, capillo crispo, uernantiq̄ facie, laua. Sine litera ulla.

In altera.

Aegeria, aut Musa aliqua depicta, coma in ceruicem prominula, nymphæ specie obuoluta, ad dextrâ partem oculo deflexo. Inscriptio nulla. Assem hunc librile max. Romæ meminisse me uidisse apud D. Antonium Augustinum. Et eum quidem ex ære.

In una parte.

3. Janus bifrons effigiatur, barbatus. Sine literis ullis.

In altera.

Navis rostrum ad laeuam spectans, supra quod signum est. O. præterea monetarius aliam notâ incudit,
claua